

R. P. F.
LUCII FERRARIS
SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA

NEC NON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

*DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENE
OMNES FACILE, AC PRONTE REPERIRI POSSUNT,*

EX UTROQUE JURI, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACRARUM CONGREGATIONUM
DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS
ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,
AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

*In hac editione, prima hispana non solum Additiones legales, jam antea publicatas
accedunt, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultaque alie
adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, nunquam antea editas:*

OPERA, AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS QUINTUS.


I K L



SUPERIORUM PERMISSU.
MATRITI: EX TYPOGRAPHIA REGIA.

MDCCLXXXVI.

Suntibus Regiæ Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.



IDOLOLATRIA.

IDOLOLATRIA, ut patet ex nominis etymologia, divinum cultum erga falsos Deos, & creaturam exhibens, ac peccatum quidem semper gravissimum; vide verbum Superstitio numer. 8. & 9. ubi dicitur quid, & quotuplex sit quomodo, & quando opponatur fidei, & religioni, necnon de excommunicatione ob eandem idololatricam quando incurritur.

IGNORANTIA. SUMMARIUM.

- 1 Ignorantia in genere quid sit.
- 2 Ignorantia ut sic dividitur in positivam, privativam, & negativam, & que singula sint.
- 3 Ignorantia, & nescientia differunt, & quomodo.
- 4 Ignorantia privativa dividitur in ignorantiam Juris, Facti, & Penae, & que singula sint.
- 5 Ignorantia rursus dividitur in antecedentem, concomitantem, & subsequentem, & que singula sint.
- 6 Ignorantia dividitur ulterius in invincibilem, & vincibilem, & que utraque sit.
- 7 Ignorantia vincibilis subdividitur in affectatam, & non affectatam, & que utraque sit.
- 8 Ignorantia non affectata alia est crassa, & stupida, & alia non crassa, nec stupida, & que utraque sit.
- 9 Ignorantia invincibilis Juris divini excusat à peccato.
- 10 Etiam ignorantia invincibilis Juris naturae excusat operantem ab omni peccato.
- 11 Cujuscumque qualitas ignorantiae exprimitur, & quando excuset, ad num. 21.
- 12 Ignoranti, ac impedito an currat tempus, quando eidem subveniri debeat, ad num. 28.
- 13 Adhibet, ex aliena manu, ad num. 30.

IGNORANTIA in genere, nominat, & re, nihil aliud est, quam carentia notitiae, seu cognitionis alicujus rei. Communiter Ignorantia, ut sic dividitur in positivam, privativam, & negativam. Ignorantia positiva, seu prope dispositionis est carentia notitiae, seu cognitionis veritatis cum positivo contratio errore. Talis ignorantia datur in judaïs, haereticis, & paganis, qui non solum alicujus veritatis praesertim supernaturalis cognitionem non habent, sed insuper erronee judicant rem aliter esse, ac revera est. Ipsi enim non solum v. gr. ignorant Christum esse Deum, sed insuper erronee judicant esse purum ho-

minem. Ignorantia privativa, seu mere privationis est privatio, seu carentia scientiae eorum, quae quilibet natura, & conditione sua aptus natus est scire, ut si homo adultus, & rationis compos ignoret ea, quae secundum statum suum scire posset. Ignorantia negativa, seu prope negationis est carentia notitiae in subjecto non apto habere talem notitiam, vel ex natura sua, ut ignorantia Dei in lapide, vel ex statu suo, ut talis ignorantia Dei in amente, & infante. Et talis ignorantia ex S. Thom. 1. 2. quest. 76. art. 2. non est appellanda proprie ignorantia, sed nescientia. Unde, ut videt, ignorantia, & ignorantia licet quandoque promiscue una pro alia accipatur, tamen differunt; cap. Pet. quas personas nobis acquirit leg. 2. cod. de rei uxar. actio. leg. 1. §. 1. Qui enim nescit, experiendi potestatem non habet, teste Cajo in leg. Annus, de calumn. Ignorantia autem est id nescire quod sciri potest, vel etiam debet. Hinc nescire latius patet, quam ignorare, quippe omnis qui ignorat, nescit, sed non è contrà; Calvin. in Lexico Jurid. verb. Nescire. Qui ibi dem sub verb. Nescientia subiungit. Et dici potest, quod nescientia differat ab ignorantia, quia ignorantia vest eorum, quae scire tenemur. Nescientia vero eorum, quae scire non tenemur, unde ignorantia in malam partem, nescientia vero in bonam partem; Gloss. leg. de statu, vide sextam. gloss. Rubr. de jur. & fact. ignor. Haec ille.

Ignorantia privativa dividitur in ignorantiam Juris, in ignorantiam facti, & in ignorantiam penae. Ignorantia Juris est, quae quis ignorat jus, seu legem, aut præceptum, quod rem aliquam vetat, aut præcipit; ut quando ignoratur lex, seu præceptum, quae prohibent furtum, aut quo præcipitur jejunium. Ignorantia facti est, quae quis ignorat, non quidem legem, aut præceptum, sed actionem in particulari esse contra legem, aut præceptum, ut si quis nesciat carnem esse, quae comedit die jejuni, vel non advertat, aut recoderit esse diem jejuni; nam nominis ignorantia comprehendunt etiam inadvertentia, inconsideratio, & oblivio. Ignorantia penae est, quae quis ignorat poenam latam in delinquentes, ut si quis ignoret excommunicationem latam in supplicantes manus violentas in Clericos, ac simoniacos, & hujusmodi.

Ignorantia rursus dividitur in antecedentem, concomitantem, & subsequentem. Ignorantia antecedens est, quae præcedit factum, & omnem voluntatis actum circa illud, ac proinde nullo modo, nec directe, nec indirecte est voluntaria, estque nunquam modo causa, aut fiat opus, in quantum remouet scientiam, quae si adesset, opus non fieret; talis ignorantia est in venatore, qui existimans occidere feram, interficit hominem, quem nullatenus occidisset, si esse hominem scivisset. Ignorantia concomitans est, quae concomitantem se habet ad actum voluntatis, & nec movet ad operandum, nec remouet ab operatione, sed ita afficit operantem, ut eodem modo operá-

R. P. F.
LUCII FERRARIS
SOLER-ALEXANDRINI,
ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,
PROMTA BIBLIOTHECA
CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA
NEC NON
ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA
(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

*DE PRINCIPALIORIBUS, ET VERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES
OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,*

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACRARUM CONGREGATIONUM
DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS
ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

*ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,
AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.*

*In hac editione, prima hispana non solum Additiones legales, jam antea publicatæ
accedunt, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultaque alie
adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, nunquam antea editæ:*

OPERA, AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARLÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGI ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS SEXTUS.


M N O



SUPERIORUM PERMISSU.
MATRITI: EX TYPOGRAPHIA REGIA.

MDCCCLXXXVII.

Sumtibus Regiæ Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.



MACELLUM.

NON INDIGET SUMMARIO.

- U**nus macelli separati pro Ecclesiasticis est permissus, & contra impediens tam directe, quam indirecte, procedendum ad censuras; Sacr. Congr. Immunit. in *Sulmonen.* 9. Sept. 1631. lib. 2. decret. Paul. pag. 90. in *Baren.* 10. Sept. 1642. lib. 3. decret. Paul. pag. 182. & in *Ortonen.* 29. Maji 1646. ib. p. 289. Episcopi, & alii Praelati inferiores ad evitandas impositiones carnis, & aliorum comestibilium constituant macellum, & alias apothecas separatas pro Ecclesiasticis, ita ut eorum immunitati in aliquo non praedjudicetur; Sac. Cong. Immunit. in *Matinen. & Regien.* 12. Februarii 1648. lib. 4. decret. Paul. pag. 5.
- Cum civitas imposuerit pretium immodicum carnis, Ecclesiastici tanquam gravi ex hoc pretio apertuerunt macellum, ubi carnes pro Ecclesiasticis minori pretio venduntur; verum cum civitas supplicasset dictum macellum claudi, Sacr. Congr. respondit: licere Ecclesiasticis aperire macellum; Sacr. Congr. Immunit. in *Spoletana* 20. Decembr. 1702. lib. 3. decret. Vallem. pag. 464. Atamen attenta asseruatione exemptionis Ecclesiasticorum aliquando deponitur macellum de consensu eorundem iuxta mentem Sanctissimi, & Sacrae Congregat. Sacr. Congr. Immunit. in *Beneventana* 19. Nov. 1641. l. 3. decret. Paul. pag. 159.
- Nihil omnino est innovandum contra Ecclesiasticos, & eorum familias super exemptione ipsi competente à gabella cujusvis generis carnis; sed sunt mantenendi in dicta exemptione, aut quasi possessione respectively; & quoad carnes à die apertiois macelli civitatis, tam entio animalium, quam pretium carnis fieri debet cum assistentia, & consensu Ecclesiasticorum per Capitalum, & Clerum deputandorum, & Sanctissimus mandavit omnino ita observari. Sacr. Congreg. Immunit. in *Beneventana* 1. Martii 1674. lib. decret. Alton. pag. 904.
- Quamvis Ecclesiastici sint comprehensi, attento chirographo Sanctissimi, sub dato carnis, atamen non possunt cogi ad emendam carnem in unico macello. Sacr. Congreg. Immunit. in *Acovitana* 22. Septembris 1654. lib. 5. decret. Paul. pag. 51. & in *Peratina* 21. Januar. 1663. lib. 1. decret. Altonit. pag. 673.
- Prohibenda est Ecclesiasticis macellatio carnis porcinae, nisi pro usu propriarum domorum, monasteriorum, & inservientium, nec non pro usibus propriis non provenientibus à mercatura. Sacr. Congr. Immunit. in *Florentina* 20. Januar. 1637. lib. 3. decret. Paul. pag. 22.
- FLORIAN. BIZZIUM. Tom. VI.*

Quoad dubium an Archiepiscopus Rensanen. & Virginis monasterii Sanctae Clarae possint emere belvas suinas, & illas macellari facere in taberna mensae episcopalis, easque vendere pretio praefixo à conductore communitatis cum exemptione à gabellis, ad quas in casu tenentur laici? Sacra Congregatio pronunciat non competere exemptionem à gabellis, nisi pro animalibus existentibus in huius mensae episcopalis, & monasterii Virginum, Sacr. Congreg. Immunit. in *Rossanen.* 23. Decembr. 1699. lib. 1. decret. Vallem. pag. 13.

Minister Archiepiscopi, si vult gaudere privilegio fori non exerceat strem macelli, sia minus Archiepiscopus removeat literas patentes. Sacr. Congr. Immunit. in *Brandurina* 14. Nov. 1662. lib. decret. Rosci pag. 426.

(Hic tollit animadversa insinuatō super iurium seu gabellarum solutione versus personas ecclesiasticas iuratur; extra praenotata verb. Bona ecclesiastica, contributio, Franchitiae, Gabella Sec. in add. hisp. & non, solum sapienter, ut fere in totum haec materia claritatem accipiat, regiam instructionem super art. 8. Concord. ann. 1737. (vid. verb. Forum) in rep. Sched. 29. Jun. an. 1760. comprehensam inserere: nihilominus decretum 29. Jun. an. 1785. (Gazeta num. 53. ejusd. an.) regiasque alias instructiones vulgo *Reglamentos*, nostris temporibus promulgatas, novam circa methodum, iura, & ceteras regias contributiones exigendi, in quibus nullum, nisi levissimum vassalorum, intenditur obiectum; sunt eisdem praedictae inarchiones tunc usque duae, una, Castellae regna respiciens: haec in libello vulgo *Gazeta* num. 103. & 104. atque nov. 1. praesentis ann. 1786. reperitur: altera vero ad Beticam: idem libellus num. 6. ejusd. ann. 1786. cum seq. recognoscatur. In utroque stabilimento praedicti art. 8. observantia advertitur, nam sub ejus determinatione, praesente citata *Schedula* 29. Jun. an. 1760. fit partitio, & iurium distributio.)

MAGI, QUI CHRISTUM adoraverunt in conabulis.

Magi, qui Christum adoraverunt, tres fuerunt, ut expresse tradit S. Leo Papa *serm. 30. in Epiph. cap. 1.* ibi: *Tribus igitur Magis in regione Orientis stella nove claritatis apparuit. Et serm. 42. de Epiph. cap. 5. ibi: Tres Magos... Stella perduxit; & pluribus aliis ad id relictis, sic tenet recepta in ecclesia sententia,*

A
tres